



**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Tempestas. Legendus Curt. li. 4. Val. l. 1. c. 8. Liuius, lib. 21 & 40. circa  
finem. D. Chrys. epist. 1. ad Olympiadem Diaconissam, & cæteri. Disertè  
quoque descript. Mass. his verbis. Descriptio ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

## TEMPESTAS.

Legendus Curt. li. 4. Val. l. i. c. 8. Liuius,  
lib. 21. & 40. circa finem. D. Chrys.  
epist. 1. ad Olympiadem Diaconis-  
tam, & cæteri. Dilatè quoque de-  
script. Maff. his verbis.

## Descriptio CXXXVIII.

**O**ceani sœuentis, ventorumque furentiū  
ca præcipue regna sunt, in id spatiū  
audacius, quam felicius ingressis Maio men-  
ſe Lusitanis: flammeus cometes horribili  
specie, in decimum vsque diem continenter  
apparuit: iamque variante ſepiuſ celo ac pe-  
lago, atræ, ac folidi nubes, ad Septentrionem  
conglobatae, omnem in ſe flatum, quaſi recipi-  
procando collegant: mare languidum erat;  
infidola tranquillitas: nauæ locorum ignari,  
ac tempeſtatum, ad auram vndeque captan-  
dam, totos velorum expanderant finis, cum  
ex ijs, quas dixi nubibus, vniuerso repente  
imperu ſefe effundens aquilo, transuerſas  
quatuor naues, quarum ad contrahendū mi-  
nus apie disposita fuerant arnamentaria, in  
ſpectantibus carteris, momento ita euerit, &  
obruit, ut eranto hominum numero nemo  
proſus euaderet. In ijs Bartolom. Diazius,  
cuius ſupra meminimus, rei nauticæ gloria  
in primis illuftris, cum ē tot iam, ac tantis  
periculis antea fuſſet creptus, miserandum  
in modum interij; ſalutarij: fuere, vel de-  
miflæ raptim antennæ, vel vbi id non licuit,  
vela ipsa vento disrupta: eo tam horrendo  
ſpectaculo exanimati, qui ſupe fuerant con-  
ſanguineos alij, alij caros, amicosque oculis  
fruſtra require: ad lachrymas, & coplorationem,  
pronī vique in mœrem ex interitu  
alieno ſui cuiusque periculi metus obſupe-  
faceret. Quippe Boreा pertinaciter flante pe-  
lagus identidem intumescere, fluctus modo  
ad aſtra ferri, modo ad tartara pene ima ſub-  
ſidere: Nauæ cum extremo ſalutis diſcri-  
mine prope modum inter ſe collidi. Ad hæc a-  
tra caligo, & rudentium ſtridor, & diſsonæ  
voces, varia, & incerta iubentium, non oculo-  
rum modo, fed etiam aurium vſum abſtuler-  
ant: Quin, & talum ipsum interdiu picco, no-  
ctu igneo colore terrebant.

## TERRÆ MOTVS.

Ammianus lib. 17. cap. 7.

## Descriptio CXXXIX.

Iſdem diebus terræ motus horreſdi per Ma-  
cedoniam, Aſiamque, & Pontum; affiduis  
pulſibus oppida multa concuſſ. rūt., & mō-  
tes. Inter monumenta tamen multiformium  
ſeruminarum eminere Nicomediae clades;  
Bithyniæ vrbium matris, cuius ruinarum e-  
uentum vere, breuiterque abſolum.

Primo lucis exortu ad diem Nonum Cal-  
Septemb. concreti nubium globi nigriū  
laetam paulo ante coeli ſpeciem confuderunt:  
& amandato ſolis ſplendore, nec contigua,  
vel appofita cernebantur. Ita oculorum obtu-  
tu perſtricto humo inuoluit crassæ caligini-  
nis ſqualor inſedit. Dein velut à numine ſum-  
mo fatales contorqueſte manubias, vento-  
que ab iſpis excitante cardinibus, magnitudi-  
nem furentium incubuit procellarum: cuius im-  
petu pulſorum auditus est montium gemi-  
tus: & elati littoris fragor: hæque ſequiti  
Typhones, atque praefteres, eum horrifico  
tremore terrarum ciuitatem, & suburbana  
funditus euerterunt; & quoniam acclivitate  
collium aedes pleraque vehebantur: aliæ ſu-  
per alias, coincidebant, relanguētibus eunctis,  
ſonitu ruinarum immenso. Interim clamoribus  
varijs excella culmina reſtabant, quietan-  
tium coniugum, liberosque, & ſi quid ne-  
ceſſitudinis arce conſtrigit.

Post horam denique ſecundam, multo ante  
terram aer iam ſucus, & liquidus, latentes  
retexit funereas ſtrages. Nonnulli enim ſu-  
per ruentium ruiderum yi nimia conſtipati,  
ſub iſpſis interiere ponderibus; quidam collo  
tenus aggeribus obruti cu supereffe poſſent,  
ſi qui iuiffent, auxiliorum inopia neccabat-  
tur. Alij aliquorum extantium acuminibus  
fixi pendebant: uno iectu caſi complurcs: pau-  
lo aate homines, nunc promiscua ſtrages ca-  
dauerum ceruebantur. Quodam domorum  
inclinata fastigia intrinſecus ferabant inta-  
ctos angore, & inedia conſumendo.

Vide quoque Dionem, ſeu Xiphilinum in  
Traiano.

DL